Quelle: https://manuscripta.at/?ID=5026
Copyright: CC BY 4.0 <img
src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png">



vobis: omnia quecunq; orantes petitis credite quia accipietis: et euenient vobis. Et cum stabitis ad orandum dimittite si quid habetis
F aduersus aliquem: vt et pater vester qui in celis est dimittat vobis peccata vestra. Qd' si vos non dimiseritis: nec pater vester qui in celis est dimittet vobis peccata vra.
Et venerunt iterum in hierosolimam
& cum ambularet in templo. accedunt ad eum summi sacerdotes: et scribe et sacerdotes seniores et
dicunt ei. In qua potestate hec facis
et quis tibi dedit hanc potestatem vt
ista facias. Ihesus autem respondens
ait illis. Interrogabo vos et ego
G unum verbum et respondete michi
et dicam vobis in qua potestate hec
facio. Baptismus Iohannis de celo erat an ex hominibus. Respondete
michi. At illi cogitabant secum dicentes. Si dixerimus de celo. dicet
nobis. Cur ergo non credidistis
ei. Si dixerimus ex hominibus timemus populum. omnes enim habebant
Iohannem quia vere propheta esset
et respondentes dicunt ihesu. Nesciimus. Et respondens ihesus ait illis. Nec ego dico vobis in qua
potestate hec faciam:

XII

Et cepit illis in parabolis
loqui. Vineam plantauit
homo: et circumdedit
sepem et fodit lacum. et edificauit
turrim. et locauit eam agricolis
et peregre profectus est. Et misit
ad agricolas in tempore seruum: ut ab
agricolis acciperet de fructu vinee
Cui apprehensum eum ceciderunt: et
dimiserunt vacuum. Et iterum misit
ad illos alium seruum: et illum in capite
vulnerauerunt: et contumelias
affecerunt. Et rursum alium misit: et
illum occiderunt: et plures alios quos
dam cedentes: alios vero occidentes. Adhuc ergo vnum habens filium
carissimum. et illum misit ad eos nouissimum dicens: quia reuerebuntur
filium meum. Coloni autem dixerunt
ad inuicem. Venite occidamus eum: et
nostra erit hereditas. Et apprehendentes eum occiderunt et eiecerunt
extra vineam. Quid ergo faciet
dominus vinee. Venietet perdet colonos et dabit vineam alios. Nec scripturam hanc legistis. Lapidem quem
reprobauerunt edificantes. hic factus est in caput anguli. a dno factum est istud. et est mirabile in oculis
nostris. Et quaerebant eum tenere
et timuerunt turbam. Cognouerunt
enim quoniam ad eos parabolam hanc
dixerat. Et relicto eo abierunt et
mittunt ad eum quosdam ex phariseis
et herodianis: ut eum caperent in
verbo. Cum venissent dicunt ei. Magister. scimus quia verax es. et
non curas quemquam. Non enim respicis
in faciem hominum: sed in veritate via
dei doces. licet dare tributum
cesari: an non dabimus. Cum sciens
verpucam illorum ait illis. Quid
me tentatis. afferte michi denarium ut videam. At illi attulerunt ei
Et ait illis. Cuius est imago hec
et inscriptio. Dicunt ei. Cesaris. Respondens autem ihesus dixit illis.
Reddite igitur quae sunt cesaris cesari:
et quae sunt dei deo. Et mirabantur
super eo. Et venerunt ad eum saducei
qui dicunt resurrectionem non esse. et
interrogabant eum dicentes. Magister
moyses nobis scripsit vt si cuius
frater mortuus fuerit et dimiserit vxorem. et filios non reliquerit:
accipiat frater eius vxorem ipius
et resuscitet semen fratri suo.
Septem ergo fratres erant: et primus accepit vxorem: et mortuus

Mt 22 c.